



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Trithemij, Spanheimensis, Et Postea Divi Jacobi apud Herbipolim Abbatis, Viri suo aevo doctissimi. Tomus ... Annalivm Hirsavgiensivm

Opus nunquam hactenus editum, & ab Eruditis semper desideratum.
Complectens Historiam Franciae Et Germaniae, Gesta Imperatorum,
Regum ...

Trithemius, Johannes

S. Galli, 1690

Monasteria Ordinis Abbatialis Capituli CXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38550

Monasteria Ordinis Abbatialis Capituli
CXXII.

Summa itaque Monasteriorum Ordinis nostri Provinciae Moguntinae, ac Diocesis Babenbergensis exemptae, quorum Abbates tam de Jure, quam de consuetudine ad Capitulum Generale seu Provinciale, quod de triennio in triennium semel habetur, venire, dum celebratur, tenentur, cessante impedimento legitimo, centum & XXII. Sunt in eadem Provincia Moguntina Ordinis nostri & alia complura Coenobia Monialium; praepositurae quoque Monachorum, & Prioratus, quorum isthic nullam fecimus mentionem, propterea quod Abbatibus suis omnino subijciuntur.

Quae sint Dioceses Provinciae Moguntinae,
quotque Coenobia in qualibet.

Archiepiscopus Moguntinus XII. sub se habet Episcopos, Coenobia XX.
Episcopum Herbipolensem, in cuius Diocesi Monasteria habemus XV.
Episcopum Spirenses, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis IV.
Episcopum Argentinensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis IX.
Episcopum Constantiensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis XXVI.
Episcopum Augustensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis XIV.
Episcopum Eichstattensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis V.
Episcopum Curiensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis IV.
Episcopum Hildensheimensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis IV.
Episcopum Halberstattensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis X.
Episcopum Verdenses, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis II.
Episcopum Padelbornensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis V.
Episcopum Wormatiensem, in cuius Diocesi nullam habemus Abbatiam.
Porro Episcopus Bambergensis exemptus Monasteria sub se habet IV.

Haec est Tabula Successionis Abbatum Hir-
faugensium per tempus CCCCXXVII. annorum,
sub quibus prima pars operis continetur.

Anno Domini DCCCXXX, Indictione Romanorum octava, sub Imperio Ludovici ejus nominis primi. Et Anno Domini DCCCXXXVIII. consummatur Monasterium Hirfaugense.
Lutbertus Abbas Hirfaugensis I. institutus est Anno Domini DCCCXXXVIII, praefuit annis XVI. demptis mensibus tribus, obiitque Anno Domini DCCCLIII.
Gerungus Abbas S. Aurelij II. ordinatur Anno Domini DCCCLIII. praefuit annis XXXII. moritur anno Domini DCCCLXXXIV.
Regenbodo Abbas S. Aurelij III. fuit electus Anno Domini DCCCLXXXIV. praefuit annis VI. Et resignavit anno Christianorum DCCCXC.
Harderodus Abbas Hirfaugiae IV. praeficitur Anno Domini DCCCXC, praefuit annis XXVII. Et moritur anno DCCCCXVIII.
Rudolphus Abbas Hirfaugiae V. ordinatur Anno Domini DCCCCXVIII, praefuit annis VII. & mortuus est anno Christianorum DCCCCXXVI.
Diethmarus Hirfaugiae Abbas VI. instituitur Anno Domini DCCCCXXVI. praefuit utiliter annis XXVI. Et mortuus est anno DCCCCLII.

Nomina
XXV. Ab-
batum
Hirfaug-
ensium
in hoc Vo-
lumine
conten-
turo.

Sigerus